

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5069

Autre(s) référence(s) : Round 615

Auteur(s) : Adrien IV [pape]

Bénéficiaire(s) : Guy, Saint-Sever-Calvados, Notre-Dame et Saint-Sever (abbaye, abbé)

Genre d'acte : bulle

Authenticité : non suspect

Datation : 1158, 2 novembre

Lieu d'émission : Latran

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Le pape Adrien [IV] confirme les biens et les droits de l'église Notre-Dame et Saint-Sever.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 99, p. 186-190.

Texte établi d'après a

Adrianus episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Guidoni abbati ecclesie sancte Marie et santi Seueri in ualle Uirie eiusque fratribus tam presentibus quam futuris monasticam uitam professis imperpetuum. Quotiens illud a nobis etc. Eapropter etc. In primis siquidem statuente, ut ordo monasticus, qui secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam in eadem ecclesia noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inuolabiliter conseruetur. Preterea quascumque possessiones etc. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis: totam uillam, in qua fundata est ipsa ecclesia, cum uno molendino et omnem loci illius silue decimam tam in denariis quam in uenationibus porcorum, ceruorum, caprearum et in aliis quibuslibet rebus, unum etiam ceruum, quem predicta ecclesia de eadem silua singulis annis in festo sancti Seueri debet habere, et arbores ad loci edificia siue uiuas siue mortuas et burgenses mortuas arbores ad domorum constructionem et ad aliarum rerum necessitatem sine emptione, piscationem omnium aquarum tocius predicti nemoris et pasturam atque omnem terram, que in circuitu parci est ab itinere uetusto usque ad terram de Fonte Hetinot, cultam uel incultam cum omni silua, que ibi habetur, excepta tantum terra II Osbertorum, quorum unus Osbertus Grassus dedit predicte ecclesie unam acram terre liberam et quietam et alius, qui dicitur Rasorius, V acras liberam et quietam decimam trium molendinorum in ualle Uirie, scilicet molendini de Martilli et duorum de Taleuenda, decimam caseorum tam uaccarum quam ouium et lane, panis et tocium frumenti comitis et auene de honore sancti Seueri, medietatem uille sancte Marie, que dicitur Osmont, cum ecclesia eiusdem uille et medietatem molendini et de alia medietate decimam et medietatem nemoris de Grosmont, in alia uero medietate terram Godefredi Calui, apud Morineium et apud Monramou totam terram Gilleberti fratris uiccomitis, excepta terra Ricardi Coqui, ecclesiam eiusdem uille cum XV acris terre, terram Rainfredi filii Erinfredi, apud Mesnilcalces ecclesiam cum omnibus pertinentiis suis et terram Herberticurti et decimam molendini, in uilla Septem Fratrum medietatem decime, terram Huberti militis, terram Godefredi Taillant,

apud Corchum ecclesiam et terram Guarini, terram Roberti clerici et unum molendinum, XXXII acras terre, terram Guillelmi Bollandi et de feodo Gulfredi Facliti XX acras terre et de feodo Nigulli filii Cornille X acras terre et terram Guillelmi Willbec, in Taleuenda ecclesiam cum omnibus pertinentiis suis, terram capatorum de Lana, apud Biatre LX acras terre, decimam molendini de sancto Manueo, decimam molendini de Oun, decimam de molendino Maisnilli Benedicti, in Mombr(ia) unum burgensem liberum et quietum, in Molaria unum hominem, apud capellam Sesselini terram Pagani Huuc, in Abrincensi pago decimam molendinorum de sancto Iacobo totam et decimam panis predicti comitis, in Burceio ac Lucerna ecclesiam cum omnibus pertinentiis suis, totam terram Gisleberti fratris uiccomitis, siluam et molendinum eiusdem uille, decimam molendini Thome de sancto Iohanne, in Monte Aquile LX acras terre cum uno molendino, in campo Botri uineam comitis, apud Bullum terram unius caruce et unam piscariam in mari super fluuium Thar, decimam denar(iorum) adiacentis silue atque porcorum, decimam Ierboldi et Huelini, in pago Baiocensi in uilla Masnilosuffi ecclesiam cum omni decima et omnem partem, quam tenuit Gislebertus frater uiccomitis tam in terra quam in silua et in molendinis, terram Radulfi Calui, terram Gaufredi Dispensatoris, terram Ricardi filii Rob(er)ge, ecclesiam beati Cyriaci cum pertinentiis suis, totam uillam Maisnicellarum cum ecclesia, silua et molendino, Couuloteriam, Burdoneriam, Filigerecum et terram Alculfi maioris, apud Logias ecclesias cum omnibus pertinentiis suis, terram unius caruce et feudum unius militis, apud Ciconium ecclesiam cum terra elemosine et terram unius caruce et medietatem decime de terra comitis, in uilla, que Uallis dicitur, super Oram fluuium terram unius caruce cum uno rustico, pratis et molendino uno et quicquid iuris habetis in ecclesia sancti Albini, apud Morles quicquid tenuit Ricardus uiccomes tam in terra quam in omnibus aliis et decimam eiusdem terre, in Wiaruilla ecclesiam et quicquid ibi tenet Ricardus uiccomes, et ecclesiam de Britecohule cum omni elemosina adiacente ecclesie tam in terra quam in silua, in Ra(m)uilla quicquid habetis tam in terris quam in pratis et in ecclesia, in fluuio Olna II chidellos, in Oxiniensi pago uillam, que dicitur Campo Osberti, cum ecclesia, pratis et uinea, uineas de Monte Harengel, ecclesiam sancte Anastasie cum elemosina, que ei pertinet, et terram unius uauassoris ibidem, ecclesiam de Gilneio, in Pomeria terram unius uauassoris, decimam molendinorum de Ceusill(o), decimam tocuis prati, uini et panis et decimam partis illius, quam comes habet in molendino Desnos, decimam unius carruce comitis de Ciseio, decimam ferie de Ricardia, decimam molendini eiusdem uille, decimam omnium, que prefatus comes in Flandria possidet, ecclesiam de Haia Paganelli cum terra ecclesie pertinente et omni decima de dominio Roberti de Abrincis, in Anglia Hethan cum appendiciis suis liberam et quietam, ecclesiam de Grahan cum decima et terra ecclesie pertinente, ecclesiam de Taduella cum decima et terra ecclesie pertinenti, ecclesiam de Brenetebi cum decima et terra ecclesie pertinenti, ecclesiam de Haltune cum decima et terra ecclesie pertinenti, ecclesiam de Watintone cum decima et terra ecclesie pertinenti, ecclesiam de Takalege cum decima terre ecclesie pertinenti, quatuor hidas terre ad Hengetric, ecclesiam de Lifideu cum decima et terra ecclesie pertinenti, decimam de Bladecumba, decimam de Fillefort, decimam de Fissentona, decimam de Bicentona, ecclesiam de Culutune cum decima et terra ecclesie pertinenti, in Baru terram unius rustici et ecclesiam cum terra ecclesie pertinenti, decimam de Farlestorp, in Walbruna terram duorum rusticorum et decimam, in Kelingel terram unius rustici et decimam, in Carlentuna decimam, in Calingelande terram unius rustici et decimam, in Frameldena terram unius rustici et decimam, in Clistune terram unius rustici et terciam garbam de dominio comitis et de aliis decimis omnem decimam, in Rapenduna similiter decimam de omnibus coriis ceruorum, decimam de Caslesbi, decimam unius carruce de Suabi, decimam de Cestelesbi, dimidiam decimam de Wella, decimam de Lecceburne, decimam de Heshresham, decimam de Totele, decimam de Brocesbi, decimam de Holtuna et de Prestrewald, decimas Guillelmi Braconarii, Pontii, Ernelii, Arnulfi, Huberti et Wicardi. Illas quoque decimas, quas in parrochiis aliarum ecclesiarum habetis et a quadraginta retro annis quiete et inconcusse possedistis, uobis indulgemus. Statuimus etiam, ut non liceat dyocesano episcopo, nisi cum commune interdictum terre fuerit, uel absque euidenti et manifesta causa et que de rigore canonum tali debeat animaduersione puniri, in predicta ecclesia diuina officia interdiceret. Nulli etiam clerico uel laico fas sit uestras ecclesias absque assensu et uoluntate uestra ordinare. Decernimus ergo etc., salua in omnibus apostolice sedis auctoritate et diocesanorum episcoporum canonica iusticia. Si qua igitur etc. Cunctis autem etc. AMEN. AMEN. AMEN.

† Ego Adrianus catholice ecclesie episcopus ss.

† Ego Gregorius Sabinensis episcopus ss.

† Ego Hubaldus presb. card. tit. sancte Praxedis ss.

† Ego Iohannes presb. card. sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.

† Ego Ildebrandus presb. card. basilice XII apostolorum ss.

† Ego Iohannes presb. card. tit. sancte Anastasie ss.

† Ego Oddo dyac. card. sancti Georgii ad uelum aureum ss.

† Ego Boso dyac. card. sanctorum Cosme et Damiani ss.

† Ego Petrus dyac. card. sancti Eustachii iuxta templum Agrippe ss.

† Ego Raimundus dyac. card. sancte Marie in uia lata ss.

Dat. Lat. per manum Rolandi sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii IIII non. nouembr.,
indictione VII, incarnationis dominice anno M^o.C^o.L^o.VIII^o, pontificatus uero domni Adriani pape IIII anno IIII^o.